



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An hoc præceptum obliget petere Eucharistiam ab Hæretico,
excommunicato & similibus, si alius Sacerdos non adsit, §. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

distantiam. finis refectionis necessariae, instante morte, non habeatur per sumptionem tanto tempore ante factam. Quod si, qui in Paschate communicavit incidat in praedictum vitae periculum post paucos dies, puta post octo, vel decem; non obligabitur denuo communicare. Ratio est, quia cum finis refectionis necessariae tunc habeatur; potuit per unam sumptionem utrique obligationi satisfacere: ut ex dictis §. praecedenti clarè consequitur.

§. 4.

An hoc praecipuum obliget petere Eucharistiam ab haeretico, excommunicato, & similibus, si alius Sacerdos non adsit?

a Durand. Palud. a liq. apud Suar. de Euc. d. 2. sec. 4. fin.

8 **Q**uamvis aliqui a concedant à Sacerdote excommunicato, etiam denuncia-

M 4

103

to, ab hæretico, schismatico, publico peccatore, licere in mortis periculo petere, ac suscipere, quando alius Confessor non adest, Sacramentum pœnitentiæ; non tamen concedunt Eucharistiæ Sacramentum: quia necessitas (inquiunt) pœnitentiæ major est, quàm necessitas Eucharistiæ. Verum probabilius est, posse, bono ministro deficiente, etiam Eucharistiam, idque licet infirmus aliud Sacramentum v. g. extremam Vnctionem, vel Confessionem ab idoneo ministro susceperit. Ratio est, quia mater Ecclesia, pro illo articulo, creditur neminem à ministrando tantam infirmo refectionem velle repellere: & ex alio capite, necessitas excusat à cooperatione, quæ videtur esse cum peccato ministri, qui ex sua malitia aptum ad Sacramenta ministranda non se reddit. Suppono autem non fore scandalum, nec Catholicæ

h. Suarez. ib.

licæ Re
certè e
munior
pationi
quod n
At si
firmus
quia ex
tamen
sentent
non lice
adesse
tencia
præfer
tè susce
gratiæ

Anime
tate,
et

N

licæ Religionis contemptum, ut
certè esset, si suscipere v. g. com-
munionem esset signum partici-
pationis cum illius erroribus,
quod nunquam licet.

At si licet, obligabitur ne in-
firmus? Respondeo obligabitur:
quia excusationem non habet. Si
tamen nollit; posset priorem
sententiam sequi, afferentem
non licere, & consequenter non
adesse obligationem: quæ sen-
tencia certè probabilis est, & c. *Chelief.*
præsertim si alia Sacramentaria *apud Dia-*
tè suscepit, vel se esse in statu *namp §.*
gratiæ judicaverit. *tr. 3. res.*

42.

§. 5.

*An in eadem instantis mortis necessi-
tate, possit quilibet Sacerdos
etiam Religiosus, mini-
strare Eucharistiam?*

N Ec Religiosi, immo nec
quilibet Sacerdos, nisi
pro-